Fragmentarium

... ruticas ... nudi euaserunt. Nostrates uero sup
... menter dexlmi. equos cum frenis et sellis atque eiusdem nu
... scuta que fugientes dimiserant inuenerunt. et hec nullo resi
... tollentes ad castra leti reuersi sunt. DCCCLXXII

Mense ianuario circa epiphaniam a basilio grecorum imperato
ris legati cum muneribus et epistolis ad hludouuicum
regem radasbona uenerunt. atque ei inter cetera xenia cristalli
mire magnitudinis auro gemmisque preciosis ornatum cum parte
non modica salutifere crucis optulerunt. Qui honorifice sus
cepti et congrua responsione accepta. redierunt in sua. Rex
uero mediante quadragesima apud uillam forahheim gene
rali conuentu habito. filios suos de regni participatione inter
se dissidentes pacificauit. et quam quisque partem post obitum
suum tueri deberet liquido designauit. ibi etiam hludouui
cus et karolus filius eius in conspectu totius exercitus fidem se
illi seruaturos esse omni tempore utque illorum iuramento fir
mauerunt. Inde rex in baioariam reuersus. pasca celebrauit.
Mense autem maio misit thuringios et saxones contra scla
uos marahenses. Qui quoniam rege secum non habebant
et inter se concordes esse nolebant. id circo hostibus ter
ga uerterunt. et plurimis suorum amissis turpiter redierunt.
ita ut quidam comites in illa expedicione fugientes a muli
erculis illius regionis uerberati et de equis in terram fustib;
deiecti referuntur. Iterum quidam de francia mittuntur karl
manno in auxilium contra sclauos supradictos. alii desti
nantur contra behemos qui dei adiutorio freti ducis quin
que quorum ista sunt nomina. Zuentislan. uuitislan. heri
man. spoitimar. moyslan. cum maxima multitudine sibi

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 720.1, 1v – Annales Fuldenses
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-q6y0/1324/18051)